vagantem oratiōis fructu p̄mo: Corpore sū interius: sed mente exterius: et ideo perdo q̄ dico. Parum enim ꝓdest sola voce cantare: sine cordis intentione. Propterea magna puersitas: īmo magna īsania est: quando cū domino maiestatis in oratiōe loqui p̄sumimus: t īsensati aurem ab ipso auertimus: et nescio ad quas ineptas et inanes fabulas cor conuertimus. Magna quoq; īsania est et grauiter vindicanda: cū vilissimus puluis loquentem ad se creatorez vniuersitatis audire dedignatur. Ineffabilis vero est diuine bonitatis dignatio: que quotidie ꝓspicit nos infelices aures auertētes: obturantes corda: et nihilominus damat ad nos dicens: Redite p̄uaricatores ad cor: vacate t videte quoniam ego sum deus. Loquit̄ mihi deus in psalmo: t ego illi: nec tamē cum psalmū dico attendo cuius sit psalmus. Idcirco magnā iniuriā deo facio: cum illum precor vt preces meas exaudiat: quas ego q̄ fundo non audio. Deprecor illum vt mihi intendat: ego vero nec mihi nec illi intēdo: sed quod deterius est: immunda t inutilia in corde versando fetorē horribilem eius aspectibus ingero.

De cordis mutabilitate: instabili-

tate: inquietudine ⁊ vanitate: ac de salubri p diligentem discussionem fragilitatisq; sue cognitionē atq; veram confessionē remedio: Ca. XVI

Nihil est in me corde meo fugatius: quod quotiens me deserit ⁊ p prauas cogitationes defluit: totiens deū offendit. ¶ Cor meum cor vanum: vagum ⁊ instabile: dū suo ducitur arbitrio: diuino caret consilio. In seipso nō potest consistere: sed omni mobili mobilius p infinita distrahit: ⁊ hac illacq; p innumera discurrit. Et duz p diuersa requiē q̄rit: nec inuenit: in labore miserū ac vacuum a requie manet: sibi nō concordat: a se dissonat: a se resilit: voluntates alternat: consilia mutat: noua edificat: vetera destruit: destructa reedificat: eadēq; iterum atq; iterum: alio ⁊ alio modo mutat ⁊ ordinat: quia vult ⁊ nō vult: ⁊ nunq; in eodē statu pmanet. ¶ Sicut enī molendinum voluitur velociter et nihil respuit: sed quicquid imponitur molit: si autē nihil imponatur seipsum consumit: sic cor meum semper est in motu: ⁊ nūq; requiescit: sed siue dormiā siue vigilem: somniat ⁊ cogitat quicq̄d illi occurrit. Et sicut molendinum arena si imponatur exterminat: pix inquinat: palea occupat:

sic cor meū cogitatio amara turbat: immunda maculat: vana inquietat ⁊ fatigat. ¶ Et ita cor meū dum futurū non curat gaudium: nec diuinum querit auxiliū: ab amore celestiū elōgatur: ⁊ in amore terrestrium occupatur. ¶ Cū q̄z elabit ab illis: ⁊ inuoluitur in istis: vanitas illud recipit: curiositas deducit: cupiditas allicit: voluptas seducit: luxuria polluit: torquet īuidia: turbat iracundia: cruciat tristicia: Sic q̄z miseris casibus: subiugatur omnib⁹ vitijs. ¶ Cū vnū deū q̄ ei sufficere poterat dimisit: p multa dispergitur: ⁊ huc ⁊ illuc querit vbi q̄escere possit: et nihil inuenit qō ei sufficiat donec ad ipm redeat. ¶ A cogitatiōe ī cogitationē deducit: ⁊ p varias occupatiōes ⁊ affectiōes variat: vt saltem varietate ipsarū reruz impleatur: quarū qualitate satiari non potest. ¶ Sic labitur cordis miseria subtracta diuina gratia. ¶ Cūq̄z ad se reuertitur et discutit quid cogitauit: nihil reperit q̄ nō opus fuit: sed īportuna cogitatio que cōponit de nihilo multa. Sic deniq̄z decipit imaginatio: quā demonū formar illusio. ¶ Imperat mihi deus: vt prebeam illi cor meuz: ⁊ quia imperanti deo non sum obediens et subditus: mihi sum rebellis ⁊ cōtrarius: vnde mihi subiugari nō potero: donec illi fuero subditus: mihiq̄z seruiam no-

lēs: qz ei nolo seruire volēs. ¶ Idcirco plura machinatur coz meū vno momēto q̄z omnes hoīes pficere possent vno anno. ¶ Cū deo nō sū vnit⁹: z iō i meipo sū diuisus. Cū illo vero vniri nō possum: nisi p caritatē: nec subīci nisi p humilitatez: nec vere humilis esse nisi per veritatem. ¶ Expedit ergo vt in veritate me discutā z cognoscam q̄z vilis q̄z fragilis z q̄z labilis sum. Deinde cuz omnes miserias meas cognouero: necesse est vt illi inheream p quez sum: sine quo nihil sum: sine quo ad ipsum redire z nihil facere possum: z qz a deo peccando recessi: nisi per verā confessionē ad eum redire non possum.

¶ De recognitione negligentiarū et defectuum cōmissorum circa ea que ad veram ac debitā confessionē exiguntur. Et q̄ nō sufficiat soli deo confiteri: quinimo valde cōueniens salu berrimūq̄z sit vt sacerdoti peccata p confessionē aperiantur: Ca. XVII.

Hactenus ergo oportet quod fatendū est: qz nunq̄z eo modo aut ea intentōe qua peccauī: peccata cōfessus sum: neq̄z omniū recordatus sum: aut ꝓpter vetustatē: aut ꝓpter mul-